

opusdei.org

Decret sobre les virtuts heroiques de la Montse Grases

La Congregació de les Causes dels Sants ha publicat, en llatí, el decret sobre l'heroïcitat de les virtuts i la fama de santetat de la serventa de Déu Maria Montserrat Grases García. Oferim una traducció al català, seguida del text oficial en llatí.

01/09/2016

CONGREGACIÓ DE LES CAUSES DELS SANTS BARCELONA

BEATIFICACIÓ i CANONITZACIÓ DE LA SERVENTA DE DÉU

MARIA MONTSERRAT GRASES
GARCÍA FIDEL LAICA

DE LA PRELATURA PERSONAL DE LA
SANTA CREU I OPUS DEI

(1941-1959)

Decret sobre les virtuts

"Sóc filla de Déu". "Quan Tu vulguis,
com Tu vulguis, i de la manera que
Tu vulguis". "Omnia in bonum" ("Tot
és per bé").

Aquestes tres jaculatòries, que la
Serventa de Déu Maria Montserrat
Grases solia repetir amb freqüència,
descriuen de manera adequada el
seu recorregut espiritual. La
consciència vivíssima de la filiació
divina la movia a complir
amorosament la voluntat de Déu

Pare, amb la certesa que tot el que Ell ens envia és sempre per al nostre bé.

Maria Montserrat Grases García, coneguda familiarment com Montse, va néixer a Barcelona (Espanya) el 10 de juliol de 1941 i va ser batejada nou dies després. Era la segona dels nou fills que van tenir Manuel Grases i Manolita García.

La infància i l'adolescència de la Serventa de Déu van transcórrer en l'ambient serè d'una família plenament impregnada pels principis cristians. Els pares de la Montse eren fidels de l'Opus Dei i van procurar fer de casa una llar lluminosa i alegre, seguint els ensenyaments de sant Josepmaria Escrivà.

Després de cursar l'ensenyament secundari, juntament amb els estudis de piano, la Montse va ingressar en una escola professional pública. Li agradaven els esports, el senderisme, la música, les danses populars de la

seva terra i la representació d'obres de teatre. Tenia moltes amistats.

Els seus pares li van ensenyar a tractar Jesús amb confiança, i van contribuir a la formació dels trets més marcats del seu caràcter: l'alegria, la senzillesa, l'oblit de si, la preocupació pel bé espiritual i material dels altres. Durant la seva adolescència, amb algunes companyes d'estudis, solia visitar famílies pobres de la ciutat de Barcelona i impartia catequesi a infants, als quals en ocasions portava joguines o caramels.

Tenia un temperament vivaç, espontani. De vegades, les seves reaccions eren una mica brusques, encara que els seus parents i professors recorden que lluitava per dominar-se i ser amable i jovial amb tots.

El 1954, per suggeriment de la seva mare va començar a freqüentar un

centre de l'Opus Dei que oferia formació cristiana i humana a noies joves. A poc a poc, es va adonar que Déu la cridava a aquest camí de l'Església i, el 24 desembre 1957 - després de meditar, pregar i aconsellar-se amb els seus pares-, va demanar ser admesa a l'Opus Dei, lliurant-se totalment a Déu en el celibat apostòlic.

A partir de llavors, la Serventa de Déu es va esforçar amb més decisió i constància a buscar la santedat en la seva vida quotidiana. Es va proposar un intens pla de vida espiritual diari, que incloïa la participació en la Santa Missa, el rès del Sant Rosari, la lectura del Nou Testament i de llibres d'espiritualitat, i altres pràctiques de pietat. A més, va conrear un profund esperit de penitència, amb mortificacions corporals generoses, l'oferiment al Senyor de molts petits sacrificis al llarg del dia i la lluita per millorar el seu caràcter.

Era així mateix constant en el seu afany per acostar a Déu les seves amigues i companyes. Convertia les circumstàncies ordinàries, i també les estones d'esport en ocasió de dedicar-se al proïsme i de transmetre als altres la pau que dóna viure prop de Déu.

Al desembre de 1957, durant una excursió amb amics a per la muntanya nevada, va caure i es va donar un cop al genoll. Semblava un incident sense importància, però van passar els dies i els dolors no remetien; més encara, creixien en intensitat. Després d'acudir a diversos metges, al juny de 1958 li van diagnosticar un sarcoma d'Ewing en el fèmur de la cama esquerra. Quan els seus pares li van comunicar que patia aquesta afecció incurable i mortal, la Montse va reaccionar amb gran pau i visió sobrenatural, alhora que va seguir buscant agradar a Déu en la seva vida diària.

La malaltia li va ocasionar dolors intensos, que van anar en continu augment. La Montse va oferir a Déu els seus patiments per l'Església, pel Papa, per l'Opus Dei i per tantes intencions concretes que li demanaven els seus parents i amics. Pensava en el proïsme més que en si mateixa i mai no es va lamentar per la seva situació; al contrari, encomanava als altres la seva alegria. Va apropar a Déu moltes de les persones que acudien a visitar-la. Els que anaven a veure la Montse van ser testimonis de la seva progressiva unió amb Déu i de com va transformar el sofriment en oració i en apostolat: en camí cap a la santedat. Una de les seves amigues va afirmar que, quan la veia resar, palpava la seva proximitat amb Crist.

Des de la seva petició d'admissió a l'Opus Dei, la Serventa de Déu havia emprès seriosament un camí de santedat enmig del món, de manera

que la malaltia la va trobar preparada per assolir el cim de l'heroisme en la pràctica de les virtuts, mentre els dolors anaven augmentant cada dia més.

Va morir serenament el Dijous Sant, 26 de març de 1959. Va ser enterrada dos dies després. El 1994, les seves restes mortals van ser traslladades a la cripta de l'oratori de Santa Maria de Bonaigua, on es troben actualment.

Des del primer moment, van ser molt abundants els testimoniatges sobre la seva fama de santedat, que actualment està difosa en nombroses nacions. Arriben freqüents notícies de gràcies i favors atribuïts a la seva intercessió.

Montse va morir en plena joventut, poc abans de complir els 18 anys. No obstant aquesta brevetat, la seva vida va constituir un autèntic do de Déu per als que la van tractar i per a

aquells que n'han tingut notícia després, perquè va exercir les seves ocupacions habituals encesa en amor a Déu i a les ànimes, i en va acostar moltes a Jesús amb la seva pietat, el seu rostre alegre, la seva senzilla i heroica generositat. La seva correspondència prompta i plena a l'amor de Déu és un exemple que podrà ajudar moltes persones, especialment els joves, a comprendre la bellesa de seguir Crist en la vida ordinària de cadascú.

El procés informatiu sobre la fama de santedat, les virtuts en general i els miracles va ser instruït a Barcelona de 1962 a 1968. Quan es va promulgar la nova legislació sobre les causes de canonització, l'Arquebisbe de Barcelona, després de nomenar una comissió de perits en matèria històrica per recollir els documents complementaris, va ordenar la instrucció d'un procés

diocèsà addicional, que va tenir lloc el 1993.

El Congrés peculiar de consultors teòlegs, celebrat el 30 de juny de 2015, va respondre afirmativament a la pregunta sobre la pràctica heroica de les virtuts i la fama de santedat de la Serventa de Déu. De la mateixa manera es va pronunciar la Sessió Ordinària dels Emms. i Excms. Membres, reunida el 19 d'abril de 2016, presidida per mi, Cardenal Angelo Amato.

El que subscriu, Cardenal Prefecte, va presentar al Summe Pontífex Francesc una relació detallada de totes les fases anteriorment exposades. El Sant Pare, rebent i ratificant el parer de la Congregació de les Causes dels Sants, en data d'avui ha declarat solemnement: Que consten les virtuts teologals de la Fe, Esperança i Caritat, tant amb Déu com amb el proïsme, així com les

virtuts cardinals de la Prudència, Justícia, Templança i Fortalesa, amb les seves virtuts annexes, en grau heroic, i la fama de santedat de la Serventa de Déu Maria Montserrat (Montse) Grases García, fidel laica de la Prelatura de la Santa Creu i Opus Dei, en el cas present i a l'efecte de què es tracta.

El Summe Pontífex ha disposat que es publiqui aquest Decret i es transcrigui en les actes de la Congregació de les Causes dels Sants.

Donat a Roma, el dia 26 del mes d'abril de l'any del Senyor 2016.

Angelo Card. Amato, s.d.b.

Prefecte

L. + S.

X Marcello Bartolucci

Arquebisbe tit. de Mevagna

Secretari

CONGREGATIO DE CAUSIS
SANCTORUM BARCINONENSIS

BEATIFICATIONIS et
CANONIZATIONIS

Servae Dei

MARIAE MONTSERRAT GRASES
GARCÍA

christifidelis laicae

Praelaturae personalis Sanctae
Crucis et Operis Dei

(1941-1959)

Decretum super virtutibus

“Filia sum Dei” “Quidquid Tu vis,
quando Tu vis, eo modo quo Tu vis”
“Omnia in bonum”.

Tres hae breves preces, quas Serva Dei Maria Montserrat Grases frequenter recitare solebat, iter eius spirituale summam perstringunt Vivida enim conscientia filiationis divinae ipsa ducebatur ad Dei Patris voluntatem amandam et adimplendam, cum plene persuasum sibi esset quidquid a Domino recipimus nostrum in bonum semper vertere.

Maria Montserrat Grases García, familiariter Montse vocata, secunda ex novem filiis Emmanuelis Grases et Emmanuelae García, nata est Barcinone in Hispania die 10 mensis Iulii anni 1941 et novem post dies baptismum recepit.

Infantiam et adolescentiam Dei Serva degit in ambitu sereno familiae christianis principiis plene imbutae Parentes enim, Operis Dei fideles, iuxta doctrinam Sancti Iosephmariae Escrivá, e domo sua efficere

contenderunt christianum larem
luminosum et laetum.

Expletis studiis secundariis et
frequentatis quoque lectionibus ad
plectrocymbalum pulsandum, Maria
Montserrat in Schola Professionali
publica sese inscripsit. Ei arridebant
ludi lusorii, silvestres
deambulationes, musica, saltationes
populares regionis eius et ludi
scaenici. Multi ei erant amici.

Parentes Servam Dei docuerunt cum
Iesu Christo fiducialiter se gerere et
haud parum contulerunt
efformandis praecipuis animi eius
lineamentis, qualia sunt laetitia,
simplicitas, suipsius oblivio,
sollicitudo de aliorum bono materiali
ac spirituali. Adolescens,
comitantibus aliquibus condiscipulis,
visitare solebat familias pauperes
Barcinonenses et catechesim pueris
impertiebat, quibus aliquando
puerilia ludicra vel dulcia donabat.

Vivax erat ac simplex, et si quando acerbe respondebat, testantibus familiaribus ac magistris, ipsa adnitebatur ut mores suos emendaret utque se erga omnes affabilem et festivam exhiberet.

Anno 1954, suggerente matre, frequentare coepit sedem Operis Dei in qua christiana et humana formatio puellis impertiebatur. Paulatim percepit se a Deo vocari ut viam hanc ecclesiam sequeretur et, consultis parentibus, post attentam ponderationem et orationem, die 24 mensis Decembris anni 1957, quaesivit ut in Opere Dei ascriberetur, se totam tradens Deo in “apostolico caelibatu”.

Ex eo vero tempore, Dei Serva impensius usque atque perseverantius sanctitatem quaesivit in vita sua ordinaria. Ipsa sibi proposuit cotidianum ordinem vitae spiritualis qui complectebatur

sanctae Missae participationem,
Rosarii marialis recitationem,
lectionem Novi Testamenti necnon
alicuius libri de re spirituali aliasque
pias praxes. Coluit quoque
profundum spiritum paenitentiae
etiam in corporis mortificationibus
sponte assumendis atque in diei
decursu Deo offerebat tum parva sed
frequentia sacrificia tum nisus ad sui
animi asperitates moderandas.

Firmum quoque ac constans fuit
desiderium eius ducendi ad Deum
amicas et collegas. Cotidiana
adiuncta et vel ipsi ludus lusorii
occasionem ei praebebant ut se pro
aliis impenderet eisque transmitteret
pacem illam quae ex unione cum Deo
oritur.

Mense Decembri, anno 1957, dum
Maria Montserrat in monte nive
strato cum amicis ambulabat, cecidit
et ictum in genu accepit, qui primo
aspectu visus est res nullius

momenti, attamen, dolore non cessante, immo ingravescente, et consultis medicis, tandem mense Junio anni 1958 diagnosis lata est tumoris maligni dicti *Ewing* in femore cruris sinistri Servae Dei parentes notum eidem reddiderunt se hoc morbo insanabili et infaustae prognosis affectam esse; ipsa vero notitiam accepit animo sereno ac spiritu supernaturali, pergens in nisu placendi Deo in ordinariis vitae suae cotidianae adiunctis.

Procedente tempore dolores magis magisque augebantur et Maria Montserrat molestias quas patiebatur Deo offerebat pro Ecclesia, pro Romano Pontifice, pro Opere Dei et pro multis intentionibus quae a parentibus et amicis eidem suggerebantur. Magis de aliis quam de seipsa erat sollicita, neque unquam se praebuit commiserandam, immo eius gaudium in alios effundebatur. Qui

eam invisabant ad Deum impulsos se sentiebant fueruntque testes progressionis Mariae Montserrat in unione cum Deo atque transformationis eiusdem dolorum in orationem et apostolatam, nempe in viam versus sanctitatem. Amica quaedam asseruit se intimitatem cum Christo conspici cum eam orantem videbat.

Ex quo admissionem in Opus Dei postulavit, iter versus sanctitatem medias inter res temporales Dei Serva ita intento studio arripuit, ut aegritudo eam paratam inveniret ad heroicis fastigium attingendum in exercendis virtutibus dum dolores in dies augebantur.

Maria Montserrat animam Deo placide reddidit Feria V in Cena Domini, die 26 mensis Martii anni 1959. Duos post dies sepulta est et anno 1994 eius exuviae translatae sunt in cryptam oratorii Sanctae

Mariae de Bonaigua, ubi nunc
inveniuntur.

Iam ab initio multa fuerunt
testimonia de sanctitatis fama Servae
Dei, quae nunc diffusa invenitur
plures in nationes. Frequentes
quoque notitiae perveniunt de gratiis
et favoribus eiusdem intercessioni
tributis.

Maria Montserrat mortua est adhuc
adolescens, decimo octavo suae
aetatis anno nondum expleto. Hac
brevitate non obstante, vita eius
habita est ut Dei donum sive ab iis
qui eam frequentaverunt sive etiam
ab aliis qui eiusdem notitiam serius
acceperunt, quia ipsa muneribus suis
ordinariis amore pervasa erga Deum
et animas functa est, et sua pietate,
suo vultu hilari atque laeto suaque
simplici et heroica generositate,
multas animas ad Iesum Christum
duxit Plena eius ac praecox
responsio ad vocem Dei amoris

plenam exemplum exstat quod multos iuvare poterit, iuvenes praesertim, ut persentiant pulchritudinem sequendi Christum in ordinaria cuiusque vita.

Processus Informativus super fama sanctitatis, virtutum in genere et miraculorum instructus fuit in arcidioecesi barcinonensi ab anno 1962 ad annum 1968 Novis vero promulgatis normis de canonizationis causis, anno 1993 ab archiepiscopo barcinonensi postulatum est ut commissionem peritorum in re historica nominaret ad documenta colligenda et processum dioecesanum additionalem instrueret.

Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, qui locum habuit die 30 mensis Iunii anno 2015, affirmative respondit ad dubium propositum circa heroicam virtutum et famam sanctitatis Servae

Dei. Me, Card. Angelo Amato,
moderante, sententiam faventem
tulerunt Em.mi ac Exc.mi in Sessione
Ordinaria coadunati die 19 mensis
Aprilis anno 2016.

Facta de hisce omnibus Summo
Pontifici Francisco accurata relatione
ab infrascripto Cardinali Praefecto,
Beatissimus Pater, accipiens rataque
habens Congregationis de Causis
Sanctorum vota, hodierna die
sollemniter declaravit: *Constare de
virtutibus theologalibus Fide, Spe et
Caritate tum in Deum tum in
proximum, necnon de cardinalibus
Prudentia, Iustitia, Temperantia,
Fortitudine, iisque adnexis in gradu
heroico, atque de fama sanctitatis
Servae Dei Mariae Montserrat
(Montse) Grases García, christifidelis
laicae Praelaturae Sanctae Crucis et
Operis Dei, in casu et ad effectum de
quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Aprilis aD. 2016.

Angelus Card. Amato, s.d.b.

Praefectus

L. + S.

Marcellus Bartolucci

Archiep. tit. Mevaniensis

a Secretis

pdf | document generat
automàticament des de [https://
opusdei.org/ca/article/decret-sobre-les-
virtuts-heroiques-de-la-montse-grases/](https://opusdei.org/ca/article/decret-sobre-les-virtuts-heroiques-de-la-montse-grases/)
(14/04/2025)